

1507

## C O D I C E S I

1508

teratorum curiositate, ex altera  
lucelli cupidine Exempla multipli-  
cata fuisse quivis facile videt.

## DCXLVIII.

H. 13 Codex chartaceus lat. Sec.  
XVIII. Folior. 401. f. alterum  
Exemplar est mox dicti *Colloquii*  
uno Tomo compactum.

## DCXLIX.

H. 11 Codex chartaceus lat. Sec.  
XVIII. Pagg. 248. 4. inscribitur:  
*Mutiani de Bath Equitis Scotti de  
Verae Religionis Inventione et  
Forma Libri Sex. Praeit Symbolum  
in Fronte Operis collocandum:*  
Triangulum nempe in Circulo,  
quem Quadrum claudit. Quadro  
inscriptum: *Auni tui non deficient,*  
Circulo: *Unum Verum Bonum*,  
Triangulo: *Idem ipse est. Succedit*  
Epistoli: *Domino Reinerio de  
Leers per illustri Typographo Ro-  
tero - Damensi*, hujus tenoris:  
*Veritas undique exagitata et ubi-  
que odii exposita ad asylum liber-  
tatis simul et virtutis configuit (Ba-  
tavium scilicet vestram) venustissi-  
mis et fidelissimis tuis typis suum  
bonorem committit afferendum, una-  
que rogat, ut errores Orthogra-  
phiae emendes simul et condones.  
Vive bonus, ut semper foelix vi-  
vas. *Veritas haec de Erroribus*  
fuis orthographicis tantum solicita  
fucum nobis facere velle videtur,  
lego enim ad Operis calcem: *An-  
dræopoli in Scotia Typis Jodoci  
Olausco 1686. et nunquam illud**

prelo subjectum fuisse puto. Ex-  
emplar alterum ms. Catalogus  
*Bibl. Uffenbach.* T. III. p. 681.  
indicat, ubi Typographus *Jo.  
Clasgo*, tertium Catalogus *Bibl.  
Reimman.* P. II. p. 989. ubi *Job.  
Clasgo* audit. *Διαγνωστι* ipsius Scrip-  
ti praecoccupavit doctiss. *Reim-  
mannus* cum *I. cit.* tum *Histor. Atheismi* p. 551. locoque priore  
vere concludit: *Res omnes anomalae,  
paradoxicæ, et prodigiosæ,  
et ita comparatae, ut, quas Ed.  
Herbertus, aliisque bujus commatis  
Naturalistæ de hoc Argumento  
sparsérunt, orthodoxa videri que-  
ant, si cum heterodoxiis Autoris  
nostris comparantur. Atque hunc e-  
go non extra Reineri de Leers Pa-  
triæ, Seculumque XVIII. quae-  
rendum censeo.*

## DCL.

Codex chartaceus gall. Sec. H. 7  
XVIII. Folior. 133. 4. quaedam  
Scripta complectitur famosi Incre-  
duli *Job. Tolandi Hiberni Ultionens.* de quo consulendi *Biogra-  
phia Britan.* Vol. VI. P. I. p.  
3965. *Niceronus* T. 1. et 10.  
*Mosheimus de Vita et Script. ejus*  
&c. ex *Anglico* in *Gallicum* pravo  
studio conversa, et quidem 10  
*Christianisme Judaque et Maho-  
metan*, qui anglice in publicum  
extrusus est quadriennio ante Au-  
toris mortem *Londini 1718. 8.*  
titulo *Nazarenus, or Jewish, Gen-  
tile, and Mahometan Christianity*  
&c. sed in Exemplo nostro ubi-  
rior est, aliterque ingreditur, et  
per-

1509

## P O L E M I C I .

1510

perorat. 2) *Lettres a Serena*, primae II. ex iis, quae anglice prodiere Londini 1704. 8. nempe *The Origin and Force of Prejudices, et The History of the Soul's Immortality among the Heathens.*

3) *Projet d'une Dissertation sur la Colomne de Nuée et de Feu des Israelites.* Dissertationem hanc epistolarem datam in Oktobri 1710. qua Columnis his τὸ Θαυματόν adimere nititur, Autor deinceps primam fecit e quatuor, quas titulo *Tetradymi* emisit a. 1720. inscriptam *Hodegus or the Pillar of cloud and fire &c.* Finit illam cautus: *Souvenez Vous de ne le communiquer qu'a ce peu de gens, de la fidelité desquels vous ne doutez non plus que de leur discretion.* 4) *Amyntor Canonicus ou Eclaircissement sur le Canon du Nouveau Testament &c.* Extat anglice in *Nostri Collection of several Pieces, Lond. 1726. Vol. I. p. 350.* 8. titulo: *A Catalogue of Books mention'd by the Fathers &c.* In Codice est sola Epistola Catalogo praemissa. 5) *Deux Problèmes Historiques, Theologiques, et Politiques.* Extant Collect. mox cit. Vol. II. p. 448. una cum Responsis subscriptis S. R. Ceterum Homo παραδοξοφίλος, vanus, contentious, affectataeque eruditionis plus certe celebritatis debuit doctorum virorum in eum animad-

versionibus, quam quidem his et aliis Scriptis suis, e quibus tamen non una posterior cornicula plumas sibi quaeſivit.

## DCLI.

Codex chartaceus gall. Sec. E. 31 XVIII. Folior. 87. 4. inscriptus est: *L' Esprit de Monsieur de Spinoza*, addito impudenter: *C'est à dire, Ce que croit la plus saine partie du Monde.* Opusculum αὐτοτάτον definitur VIII. Capitibus in §. sectis, videlicet: *De Dieu. Des Raisons, qui ont meu les hommes à se figurer un Eſtre invisible, où ce, qu'on nomme communement Dieu. Ce que signifie ce mot Religion; comment et pourquoys il s'en est glissé un si grand nombre dans le Monde. De la Politique de J. C. De la Morale de J. C. Veritez sensibles et évidentes. De l'Ame. Des Esprits, qu'on nomme Demons.* Nil tango absurdissimorum blasphemiarum, quas plenis buccis despumat infelix hic Epitomator, qui, postquam miseris Mortalibus, quidquid bonae spei et folatii in futurum repositum habebant, improbe excutere conatus fuisset, concludere audet: *Ceux, qui aiment la vérité, y trouveront sans doute une grande consolation &c.* Occurrit Terentianum illud:

*Adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis?*  
Si literis fides in Reimann. Bibl. Catalogo p. 1029. ubi Exemplum Tractatus nostri recensetur, exci-

B b 3

grand